Terminos nulla re exquisita nec colore excogitato nec judicialiter
neque extraordinariter vera vel simplici infirmitatibus litis et de-
cretis quibusvis Regalibus in quemcumque punctum obtentis litis restitu-
tionibus Colloquiis gentilibus et particularibus actione pro maiori ju-
cursu Justitiae Aura pestifera Servitio Militari Reipublicae et
Sacrae Magtis Regiae legationibus intra et extra Regnum absentia a
Regno Interregno minoremitate Successorum Statutis et Constitu-
tionibus quibusvis laudatis et laudandis diferendis ignorantia et ju-
ramento corporali non evadendis Imo si cum Successoribus omnibus
iuris remediis Motionibus Appellationibus earumque praedictionibus
prosequutionibus Evasionibus Praescriptionibus Suspensionibus fa-
talis iuris poenis trium et ter trium Marcarum Dillationibus ad quietem
de Jurisdictione praesenti Evictorem seu Evictores ac munimenta quaevis
laudatoria aliisque omnibus legalibus impedimentis renuntiando et abdi-
cando Et generaliter sibi cum Successoribus suis in auxilium contra pre-
sentem Jurisdictionem eiusque defectum recipiendum suae et suorum Succes-
sorum sub amissione totius Causae vigore Inventionis praefatae vadii
et vadiorum quo vel quibus solutis utique Jurisdictionem praesenti et om-
nibus eius contentis satisfacere cum suis Successoribus tenebitur totius
quoniam opus fuit Nulla praesertim Tertii in praemissis obstante.

Makowski tt. Koblanski

203 Stans personaliter coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Prae-
misliensibus Nobilis Feydeko Makowski medietatis Sultetiae in villa
Makowa Sacrae Magtis Regiae ad Capneatum praesentem pertinentem te-
nute pro nunc Generosi Joannis Thomae Drohojowski a Drohojow Capi-
tanei Praemisliensis quoniam iuris titulo possessor a Tribus Distri-
ctibus Juribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti recedens
sic vero praesenti iurisdictioni se cum Successoribus bonisque suis om-
nibus quo ad actum et effectum praesentis Jurisdictionis attinet incorpo-

rans et subiectum suum meum et corpore existens publice palam
ac per expressum recognovit Quia Nobilibus Fedor Ko-
blanski Nepoti suo et Mosae filiae Nobilis Andreae Bieniowski
Coniugibus Summam Ducentorum florenorum pecunie monetae et mensuri po-
lonicalis in Medietate Sultetiae suae in villa Makowa existentem
inscribit indicat demonstrat et assecurat ac ipsam Medietatem
Sultetiae eius pro nunc ipsemet extat pacificus possessor post decessum
sui et Consortis suae moderne de hac luce alienandam a sua ultima
posteritate eisdem Fedor Koblanski et Mosae Coniugibus dat do-
nat et inscribit perpetuo et in dominum Salvis tamen Juribus ad
vitalitatis sibi et Consorti suae reservatis Hac tamen Con-
ditione adiecta et specialiter interposita Quod si et in quantum
ipsum Fedor Koblanski et Mosam Coniuges de hac luce sine
prole decedere contigerit extunc ipsi qui in bona medietatis Sultetiae
eidem in villa Makowa Sacrae Magtis Regiae consistentem succedere
vellent debebunt ac tenebitur Successoribus ultimis praefatis Andreae
Bieniowski Summam praefatam Ducentorum florenorum pecunie absque omni
praestinatione restituere et totaliter persolvere Sub vadio Ducentorum
florenorum pecunie monetae polonicalis Inscribitque si praedictus Feydeko
Makowski cum Successoribus suis in bonis suis omnibus praesentem Jurisdi-
ctionem ex his Actis Castrensibus ad Acta Tertia Praemisliensia ante de-
cursum unius Anni transferre et transportare Sub va-
dio Ducentorum florenorum pecunie monetae polonicalis Pro quibus quidem vadio
seu vadiis ex qua eamque re et causa Succubitur et Succumbentem quoniam
si praenominatus Makowski cum Successoribus suis praefatis Koblanski
et Mosae Coniugibus eorumque posteritati Citare promiserit totius
recedens ab omni suo proprio foro et competenti Coram praesenti
Castrensi Praemisliensi Officio cui se Actus praesentis respectu cum
Successoribus bonisque suis omnibus ultro subiicit et incorporat eiusque
in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare parere iudicare
Jurisdictionemque eidem et omnibus eius contentis satisfacere cum suis Succes-

Therleczkitz Dobransky

Borislawskitz Horodiska